



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Ervditione Religiosorum

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

Reuerentia est adhibenda loco orationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

fratrem: spiritus autem malignus ante tempus  
 cum educit. Symeon venit in spiritu in tem- *Luc. 2.*  
 plum. Legitur secundo libro dialogorum Gre- *Lib. 2. ca. 4.*  
 gorij, quod quidam monachus erat in quodam  
 monasterio à Benedicto constructo, qui ad ora-  
 tionem stare non poterat: sed mox vt se fratres  
 ad orationis studium inclinassent, egrediebatur  
 foras. Cumq; Benedictus venisset in illud mo-  
 nasterium, & constituta hora, expleta psalmo-  
 dia, sese fratres in orationem dedissent, aspexit  
 vir sanctus quod eundem qui in oratione ma-  
 nere non poterat, quidam niger puerulus per  
 vestimenti fimbriam foras trahebat: cuius spe-  
 ciem diabolus assumpserat. Ad amandum lo-  
 cum orationis monemur exemplo Saluatoris:  
 qui magnum amorem ad illum locum se habe-  
 re ostendit, in eo quod quando veniebat in Hie-  
 rusalem, primo ibat ad templum. Ingressus vr- *Matth. 21.*  
 bem primo templum adiit, *Glossa ord.*  
 religionis. Chrysostomus. Proprium erat boni *ibid.*  
 filij, vt veniens primo curreret ad domum pa-  
 tris. Recedētibus parentibus, ipse in templo re-  
 mansit: & matri quasi conquerenti de hoc, ait:  
 Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia  
 in his quæ patris mei sunt, oportet me esse?

*Quod magna reuerentia est exhibenda lo-  
 co orationis.*

**L**Oco orationis magna reuerentia est exhi-  
 benda. Non legimus Christum in ista vita  
 tantâ iram per zelum ostendisse, quantâ osten- *Ioan. 2.*  
 dit cū vidit quod templo debita reuerentia non *Matth. 21.*  
 exhibebatur. Tunc impletum est illud Psal. Ze-  
 lus

*Exod. 25.**Apo. 21.**Gen. 28.**Iosue 5.*

lus domus tuæ comedit me. Multis de causis exhibenda est reuerentia loco orationis. Primò, quia à Deo inhabitatur: Faciant mihi sanctuarium: & habitabo in medio eorum: In Psal. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, Deus in medio eius, supple, manet. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Postquam Iacob perpendit Dominum esse in loco vbi dormierat, expauit, & ait: Quàm terribilis est locus iste. Non solum terribilis est locus iste hostibus inuisibilibus: sed etiam hominibus ingredientibus. Maestas enim Dei inhabitantis, timorem reuerentiæ debet eis incurere. Secundò, quia ab angelis frequentatur. Vnde Iacob vidit angelos ascendentes & descendentes in loco vbi domus Dei erat ædificanda. Specialiter dicunt angelos adesse, cum missa celebratur. Gregorius. Quis fidelium dubium habere possit, in illa immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri, atque in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi. reuerentia exhibenda fuit loco vbi angelus apparuit Iosue: quanto magis exhibenda est loco orationis, qui ab angelis frequentatur? Salua calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Tertio, propter sanctos, a quorum honorem dedicatus est. Quarto, propter sacra, quæ ibi continentur, vt sunt sanctorum reliquiæ. Quinto, propter opera excellentia, quæ ibi aguntur. Sexto, propter beneficia quæ ibi recipiuntur. Septimò, propter sanctitatem quam in dedicatione suscepit.